HISTORIAM


reviviscentis ecclesiae

Alb. Carolinensis Aug. Conf. Add.

scripsit


Joannes Carolus Guist,

pastor eiusdem ecclesiae.



CIBINII,
Typis Samuelis Filtsch.
1832.

Pulchrum est bene facere rei publicæ: etiam bene dicere haud absurdum est: vel pace, vel bello clarum fieri licet: et qui fecere, et qui facta aliorum scripsere, multi laudantur. Ac mihi quidem, tamen etsi haudquaquam par gloria sequatur scriptorem et auctorem rerum; tamen in primis arduum videtur res gestas scribere: primum quod facta dictis sunt exæquanda: de hinc quia plerique, quæ delicta reprehenderis, malivolentia et invidia putant: ubi de magna virtute et gloria bonorum memores, quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit; supra ea, veluti ficta, pro falsis ducit. Sall. Cat. c. III.



§. 1.

Exstitisse pridem Albæ Carolinæ ecclesiam Aug. Conf. complures habemus testes. Primum tabellas parochiales, ubi hæc verba leguntur: »Daß sich allhier vormals eine evangelische Kirchen gemeinde befunden habe, daran ist gar nicht zu zweifeln, weil theils der Name des hier letzt gestandenen Pfarrers Simonis in dem Capitular-Archiv mit dem Zusatz aufzufinden ist, daß solcher im Jahr 1717 nach Czáp oder Apesdorf befördert worden und bald hernach gestorben sey, theils aber noch einige Geräthschaften von voriger Kirche in der Mühlbächer Sakristei gefunden und solche wieder zurückgebracht hat. Welches aber die Kirche und der Pfarrhof oder die Schule gewesen, davon fand man zwar Traditionen; letzlich soll aber nur ein Privathaus der Ort ihrer Zusammenkunft gewesen und die Pfarrerswohnung das Eckhaus dem reformirten Pfarrhause gegenüber gewesen seyn, welches zwar Alles möglich, aber doch sehr ungewiß ist. Eben so unsicher und unzuverläßig sind die Nachrichten über die Einkünfte und Gefälle der Kirche und des Pfarrers. Man sagt, es sey einmal eine Zehent-Quart von Urbögen und eine von Omlasch dem hiesigen Pfarrer vermög einer Donation geflossen und ein sehr alter Mann in Omlasch soll

1 *

auch bestätiget haben, diese Quart selbst nach Karlsburg geliefert zu haben, wovon man sich aber bis noch durch keine Documente hat überzeugen können, welches aber Gegenstand der weitern Nachforschung ist und vielleicht noch lange seyn wird;« tum Scharsii, ecclesiarum Saxo—Evangelicarum in Transsylvania, dum viveret, superintendentis meritissimi, in ord. dig. status Saxo—Evangelici ecclesiast. §.2. verba hæc reperienda: »Zalatnæ et Albæ brevi post ademptis templis, pastores quoque emigrare jussi;« præterea illa, quæ Windisch in geographia Transsylv. scribit:« »Zu Anfang dieses Jahrhunderts ward auch den Augsb. Conf. Verw. (zu Karlsburg) ihre Kirche genommen, ob sie gleich noch jetzt über 100 Seelen ausmachen.« Præ ceteris denique supellectilia illa ecclesiastica, in parochialibus tabellis commemorata, quæ, ut inferius narrabo, vergente proxime præter lapso seculo recuperata sunt.

§. 2.

Quum nusquam causas interitus huius ecclesiæ invenerim, liceat mihi quid de hac re cogitem, brevibus exponere.

Notum est, Carolum VI. Romanorum imperatorem ac Transsylvaniæ principem gloriosissimum jam anno MDCCXVII. arcem Albam Juliam, seu Gyulæ (ut monumenta habent) postremis turbulentis seculi XVIII. tempestatibus dirutam, septem operibus et munimentis circumdari jussisse; a quo tempore, testibus nummis tum temporis huius rei causa cusis, Alba Carolina vocatur. In hoc opere conficiendo sub-

urbium super arcem, occidentem versus, situm, solo æquabatur ac infra arcem, orientem versus, transponebatur, ita ut in hac rerum commutatione, ex mea sententia, et Aug. Conf. Add. hic habitantium templum dirueretur.

§. 3.

Sicut vero ædificia suburbii conversi omnino non solidissima fuisse videntur, quod eo loco, in quo collata fuerant, (nam arvum jam is locus est) ne minimæ quidem parietinæ opus arantium impediunt, quod tamen in omnibus illis locis, de quibus certi sumus, fuisse in iis urbes amplas, e. g. a Romanis conditas, evenire solet, ut hoc hodieque in arvis inter Albam Carolinam et pagum Máros-Porto, ubi Apulum Romanorum positum fuisse jampridem constat, videre licet: sic et ædes sacras Aug. Conf. Add. A. Carolin. non magnificis ædificiis adnumerari potuisse, cuique protinus perspicuum erit.

§. 4.

Ceterum nequaquam mirandum est, quod ecclesia, diruta illa æde, non extemplo de nova exstruenda cogitarit, si recordari velis, fuisse eam partim, ut Windisch supra citato loco (p. 74) ait, exiguam, partim vero, ut in tabellis parochialibus legendum est, temporum caligine adeo oppressam ac pauperem, ut nec ad ædificandum novum templum, nec ad sustentandum sacerdotem facultates suppeditassent.

§. 5.

Falso igitur Windisch p. 75 scribit: »In den Vorstädten, die von Ungarn, Deutschen, Wallachen, Juden u. s. w. bewohnt werden, haben die Evangelischen eine Kirche.« Nam anno MDCCXC, quo geographia illius typis vulgata est, nullus adhuc reperiebatur locus conventibus sacris destinatus. Huius rei testis est benignum decretum aulicum XII. Cal. Maias anni eiusdem MDCCXC. emanatum, cuius virtute Sacratissima Sua Maiestas ad preces civium A. Carolinensium Aug. Conf. Add. templum erigendi sacerdotemque conducendi facultatem solicitantium clementer resolvere dignata est, ut supplicantibus tanquam in civitate A. Carolinensi possessionatis et religionis receptæ integrum sit, commoditatem aliquam pro oratorio vel conducere vel alio modo procurare, vel etiam, si media sibi sufficiant, erigere; hocque fine collectam inter suæ confessionis addictos instituere.

§. 6.

Omnis fundus ecclesiasticus, quem tum temporis Aug. Conf. Add. in hac civitate possidebant, in loco sepulcrorum, mille et octoginta cubitus quadratos explente constabat, qui ligneo receptaculo, XXX. pedes in longitudinem et XII. in latitudinem patente, instructus erat, sub quo sacerdos, a pluvia ac nive tutus, mortuos laudabat. Adducebantur et ad huius muneris et ad baptismi functionem ministri aut Sabeso aut Berve. Diebus solis et festis rursus vel Sabesi, vel Berve rebus divinis intererant.

§. 7.

Præcipui huius temporis viri Aug. Conf. Add. quorum nomina memoratu digna sunt, hi fere erant:

Michael Klöss, faber ahenarius.
Joannes Schäffer, pistor.
Joannes Mætz, saponarius.
Andreas Megay, pellio.
Joannes Georgius Hermann, faber ferrarius.
Collmannus Tantzer, pistor.
Nicolaus Kittsanyi, pellio.
Joannes Descher, pistor.
Joannes Christophorus Kummer, faber sclopetarius.

Horum natu maximus antistes appellabatur, qui, quum et ratiocinator pecuniæ communis esset, tertio quoque mense omnes reliquos in domum suam et rationes capitis, tum ducentos florenos argenteos efficientis, redditurus, et de exstruendo sacello cum iis communicaturus, convocabat.

§. 8.

Compluribus tali modo habitis communicationibus anno MDCCXCII. locum juxta domum incolæ Mihotsa, quæ prope Marusii derivationem sita erat, jacentem et ad ædificandum templum et domicilium parochi atque ludi magistri accomodatum a senatu, pecunia numerata sibi parandum, per literas petunt. Quum vero hoc responsum senatus: „non posse se locum illum, urbi necessarium, venumdare,“ retule-

rint; sequenti anno receptaculum illud in sepulcreto exstructum et orationibus funebribus inserviens sine mora intus et subtus asseribus contabulare, pavimentare, suggestu et subselliis ornare ac omnino in locum conventibus sacris idoneum commutare quo omni trimestri minister verbi divini ecclesiæ Sabesiensis sacra faceret.

§. 9.

Anno MDCCXCV, IV. Cal. Januar. Joannes Georgius Hermann et Collmannus Tantzer Sabesum supellectilia illa ecclesiastica, quæ a pristina ecclesia A. Carolinensi Aug. Conf. residua ac in rerum turbatione, quæ eidem ecclesiæ exitio fuerat, a probis quibusdam tunc viventibus viris apud ecclesiam Sabesiensem Aug. Conf. deposita esse audiverant, repetitum missi, una cum supellectilibus hocce testimonium afferunt: »Daß die zween ehrbaren Männer, nämlich: Johann Georg Hermann, bürgerlicher Schmidtmeister, und Collmannus Tanzer, bürgerlicher Weißbeckmeister in Karlsburg verschiedene der ehehinnigen christ- evangelischen Karlsburger Gemeinde eigen gewesene, nach Verfall derselben aber von einigen übergebliebenen redlich denkenden evangelischen Christen in die Kirchenlade der Evangelischen zu Mühlenbach zu treuer Verwahrung hingelegte Kirchengeräthschaften aus Händen des Hoch-Ehrwürdigen Herrn Herrn, Martinus Arz, diesmaligen treuwachsamen Oberseelensorgers des evangelischen Mühlenbächer Zions, zu freiem Gebrauch der nunmehro durch Gottes sonderbare Gnade von neuem auflebenden evangelisch- christlichen Gemeinde in Karlsburg

an heutigem Tage wirklich übernommen und weder mehr noch weniger, als nachstehende schriftlich aufgesetzte Stücke empfangen haben, als:

1. Eine Kirchen-Agenda im Jahr 1653 gedruckt;
2. Einen silbernen Kelch von 1 Viertel Maaß;
3. Zwei metallene Altarleuchter;
4. Zwei Zinnkandel von 1 Halb Maaß;
5. Einen kleinen zinnernen Kelch sammt Deckel;
6. Zwei zinnerne Oblatenschüsselchen;
7. Einen alten Chorkittel;
8. Ein leinenes geflecktes Altartuch;
9. Ein roth und weiß gezwilchtes Pulpettuch;
10. Ein weißes gezwilchtes Pulpettuch mit schwarz gedruckten Blumen.

Ein Solches haben wir Endesunterfertigten zu desto mehrerer Beglaubigung oberwähnter zween ehrlicher Männer hiemit bestens bezeugen und bescheunigen wollen. Wozu wir noch unsern brünstigen, heißen Wunsch hinzufügen, daß der Gott der Gnade und Erbarmung diese neu auflebende evangelische Heerde durch seinen väterlichen Schutz erhalten, dieselbe mit einem beständigen Wachsthum segnen und in der Erkenntniß Jesu Christi, wie auch in allerlei guten Werken reichlich zunehmen lassen wolle, damit sie sämmtlich durch einen ehrbaren, wohlgesitteten und gottseligen Wandel, nicht allein als würdige Mitglieder des Staates, sich die Achtung und Liebe ihrer Mitbürger erwerben, sondern auch bei Gott selbsten, als treue, eifrige Nachfolger Jesu Christi, Gnade und Wohlgefallen finden mögen. Gegeben in Mühlenbach, den 29. Christmonat des 1795. Jahres.

Andreas Krauß m. pr.
Evangelischer Pfarrer in Reichau.
Martinus Haupt m. pr.
Evangel. Prediger in Mühlbach.

Hæc sane exigui momenti supellectilia ecclesiastica satis, ut reor, docent, fuisse et ecclesiam, quæ pridem iisdem usa fuerat, exiguam et inopem.

§. 10.

Eodem anno primores ecclesiæ nostræ, quorum nomina superius protuli, divinam bonitatem erga eos, quibus progenies contigerit, magis magisque agnoscentes, officiisque parentum gravissimis satisfacere studentes, præceptorem instituunt, hac re liberorum suorum, jam adultorum, saluti quam maxime se consulere, neque id perperam, judicantes.

Emolumenta primi huius ecclesiæ præceptoris, Bistricio oriundi, cui nomen Simonis fuit, hæc erant: centum floreni argentei et a quovis discipulo dimidia pars lignorum in orgyiæ modum exstructorum.

§. 11.

Tali modo convalescit ecclesia. Sed, quo robur in dies crescat, iidem primores omnia, quibus augeri poterat, tentare, se in fidem et clientelam pollentium ecclesiarum committere, inde doctores scholæ et ministros verbi divini sibi exorare.

Anno igitur MDCCXCVI. confidentes auctoritati supra memorati decreti aulici benigni, XII. Cal. Maias MDCCXC. anni emanati et hisce verbis pergentis: »Quantum vero virum ecclesiasticum e civitate Sabesiensi, pro celebrandis apud supplicantes sacris, adducendum attineret, eosdem ad supremum consistorium Aug.

Conf. Add. dirigendos esse, eo fine, ut in casu, ubi talis ecclesiasticus vir Sabesi reperiretur, qui huic rei vacare posset, via placida eo inducatur, ut supplicantibus de tempore in tempus sacra celebret; quod si tamen modus iste haud succederet, supplicantibus integrum fore, sibi de viro ecclesiastico modo, quo fieri posset, meliori providere;« quam primum ad summum et maxime colendum senatum, qui res ecclesiasticas et scholasticas Aug. Conf. Add. in patria nostra curat, confugere eundemque rogavere, ut, si fieri posset, cura sacrorum suorum parocho pagi Reichenau, sedis Sabesiensis, credatur.

Acceptis hisce precibus pronis animis summus ille senatus nulla interposita mora, de optimo hanc rem expediendi modo, quo et ecclesia Sabesorum tuta esset ab omni detrimento et salus A. Carolinensium Aug. Conf. Add. promoveretur, cum consistorio domestico Sabesiensi amplissimo per literas deliberat, quod, circumspectis omnibus rebus rationibusque subductis, multa incommoda futura prospiciebat et propterea non annuendum esse petitioni A. Carolinensium censuit. Relata hæc sententia ad supremum consistorium ab eodem quoque probatur.

§. 12.

Quamvis hoc, quod maxime cupiverant, non contigit primoribus, tamen non desistunt instituto suo, pastoris inter se constituendi. Hac de causa XV. Cal. Apr. anni MDCCXCVII. a consilio ecclesiastico Schæssburgensium amplissimo virum academicum et scholasticum et sa-

cerdotis munus administraturum per literas petunt, cui, reservato, quem inter collegas suos occuparet, loco, facilis pateat reditus ad paternas sedes; addunt præterea hunc rogatum, ut ecclesia, cuius rem agerent, in numerum earum ecclesiarum, quæ eiusdem consistorii curæ essent concreditæ, recipiatur. Sed nec hic res satis ex sententia iis procedit. Unicum hoc impetrant, ut Andreas Thalmann, tum gymnasii Schæssburgensis præfectus et adolescens, qui optime de se sperare juberet, doctor scholæ et adjutor in liturgicis designaretur, qui, munia hæc XIV. Cal. Jun. iniens, pridie Idus Septemb. eiusdem anni, quum bonam de se conceptam spem non frustraretur, et verbi divini ministri provinciam capessivit primusque ecclesiæ reviviscentis exstitit pastor.

Stipendium, quod ecclesia huic primo pastori et liberorum præceptori pendebat, in sequentibus constabat rebus:

1; in habitatione gratuita et commoda.
2; in ducentis florenis Hungaricis numeratæ pecuniæ.
3; in dimidia parte lignorum in orgyiæ modum exstructorum a quovis discipulo advehenda.
4; in quarta decimali vini e vineis, quæ singulis ecclesiæ sociis et propriæ et non tributariæ erant.
5; in juribus stolæ.
6; in munere voluntario præcipuis Christianorum diebus festis in aram ab iis posito, qui his diebus rebus divinis interessent.

Tertio quoque mense cogebatur quarta pars persolvendæ illius numeratæ pecuniæ partim e collationibus, ab ecclesiæ sociis pro facultatibus, sponte datis, partim, quum collationes hæ non semper suppeditarent, e tributo singulis capitibus imposito.

§. 13.

Haud credo, fore quemquam, qui, si hactenus memorata legerit, insignem ardorem adsiduosque labores in restituendis sacris et magis magisque constituendis restitutis perpaucorum illorum virorum, quos divina providentia ad resuscitandam priscam Aug. Conf. Add. ecclesiam A. Carolinensem jamjam nec admiraretur, nec memoriam jam dudum defunctorum recolat animo pio, nec Deo ter optimo, maximo, quem habuerunt adjutorem potentissimum, ardentissimas persolvat gratias. Firmissima tamen prosperrimorum progressuum fundamenta a prudentibus hisce viris eo locata sunt, quod se resque suas ecclesiasticas in amplissimi et prævalidi Cibiniensis consistorii domestici fidem et clientelam dederint eidemque omnem reverentiam debitamque obedientiam promiserint.

§. 14.

Quanto gratiore animo erga Deum benevolentissimum ecclesia nostra de hisce progressionibus felicissime factis lætaretur, tanto magis mortem modo huius, modo illius primorum et auctorum felicitatis suæ lugebat. Primas istius luctus ansas Michael Klöss et Christophorus Kummer dederunt, quorum alter XV. Cal. Apr.

hic IV. Id. Apr. eiusdem anni, qui designatione primi parochi inclaruit, supremum obiit diem. Sed memoria bonorum, quæ nulli, ne mortis quidem, potestati succumbit, manet in æternum. Excipient igitur remotissimi anni nomen Michaelis Klőss, qui, mortuus quoque ecclesiæ reique bonæ profuturus, vineam in Pap-Patak sitam et diligenter positam in pastoris ecclesiæ A. Carolinensis Aug. Conf. favorem legavit nec non DC. florenorum Hungaricorum donavit.

§. 15.

Etsi numerus eorum virorum, qui toto pectore saluti ecclesiæ prospiciebant, per se jam exiguus, morte duorum, ut supra memoratum est, etiam nunc imminutus esset, reliqui tamen a cura, quam hucdum ad tuendam et firmandam ecclesiam adhibuerant, non deterrebantur. Mense Septembri enim memorabilis anni MDCCXCVII. denuo locum ad Marusii situm, quem jam anno MDCCXCII. petierant, ad eundem finem iisdemque sub conditionibus a senatu precantur. Sublata responsione preces suas repudiante a consilio, ædes sacras condendi, haud repulsi, subsequenti anno rursus adeunt senatum hisce precibus: ut sibi locus, in literis descriptus, quum eodem ad exstruendum templum magnopere indigerent, XXX. aureis vendatur. Postquam senatus hoc reddidisset responsum: »locum illum non nisi CCCC. florenis venalem esse,« denique, cum plus, quam XXX. aureos congerere non possent, testimonium paupertatis exorant, ut eius auxilio veniam, stipem

intra patriæ fines colligendi ab excelso regio gubernio impetrarent. Tribuit senatus hocce testimonium sequentibus verbis: »Nos Magistratus Liberæ Regiæque Civitatis Alb. Carolinensis damus pro testimonio: Quod in hocce anno curr 1798. Die 12. Mensis Martii dum ratione pertractandorum quorundam negotiorum Civitatis nostræ politicorum consedissemus, in prædicta nostra Civitate habitantes Evangelicæ Religionis quidam cives in persona et nomine totius nunc memoratam religionem profitentis huiatis Communitatis petierint nos debita cum instantia quatenus super statu eorundem debili, quo nimirum domum parochialem scholasticamque minus habiles sint erigendi, condignum daremus testimonium, ut eo adjuvamine demereri valeant, pro prædictis domibus erigendis Collectam institui, benigne concedi; quorum justæ jurique consonæ petitiones annuentes testamur hujatem Evangelicæ Religionis Communitatem in tam debili statu consistere, ut propriis sumtibus haud capaces sint sæpius mentionatam domum parochialem ac scholasticam exstruendi. —

Super quo igitur præscriptum bona fide damus Sigilo Civitatis nostræ Authentico corroboratum nostrum testimonium, Excelso Regio Gubernio prævium in finem pro Collectà instituenda facultatem iisdem benigne concedi humillime recommendantes. E Sessione Magistratuali L. Reæque Civitatis Alb. Carolinensis die 12. Martii A. 1798 celebrata.

Carolus Sellmann,
Judex Senior.

Anton Fagárási,
V. Notar.

§. 16.

XV. Cal. Jul. anni sequentis primores graviter conqueruntur; se, quotiescunque jam inde ab anno MDCCXCII. locum, in quo tam templum, quam domicilium parochiale et scholasticum exstruere possent, precibus flagitassent, nunquam a senatu exauditos fuisse, cum tamen æquum et justum sit, ut sibi, confessionis receptæ adseclis et civibus omnia onera communia impigre ferentibus, locus memoratis ædificiis construendis aptus præbeatur. Has vero querelas, quas senatus, cui accusationes magis, quam querelæ esse videbantur, indignatione exceperat, neque eam in responso suo dato dissimulaverat, VII. Cal. Octobr. eiusdem anni deprecantur omnique asseveratione affirmant, se querimoniis illis, acrioribus quidem, neminem, nedum senatum, voluisse offendere. Finita deprecatione idem a senatu petunt et paulo post hanc auferunt responsionem: »Jam jam a sacratissima maiestate, ut liceret sibi partem magni illius loci, de quo et supplicantes partem expeterent, vendere, petitum atque rogatum esse; simulac igitur data esset licentia hæc, se ecclesiæ quoque magnopere exoptatum locum concessurum fore.

In eiusdem anni decursu adhuc, XV. Cal. Decembr., excelsum regium gubernium censuit, uti Aug. Conf. Add. A. Carolinens. locus ad ædes sacras conficiendas opportunus et idoneus gratuito tribuatur.

§. 17.

Annus MDCCC, qui omnibus, quæ ad hi-

storiam ecclesiæ nostræ spectassent, rebus memoratu dignis carebat, cursum suum jam finierat, et sequens quoque medium excesserat, quum novus arriperet dolor ecclesiam. Expleverat enim Joannes Georgius Hermann, e numero præcipuorum illorum virorum, quos primores ecclesiæ nuncupavi, mortalitatem. Fuisse et hunc virum probum et spectabilem jam inde apparet, quod reliquerit duos filios multum existimandos, quorum maior natu præmature, proh dolor! discessit, minor, Andreas Josephus autem, patris instar, hodie que, numero primorum adscriptus, saluti ecclesiæ diligentissime consulit.

§. 18.

Licet primoribus res sacras in urbe, quam incolebant eorumque progenies hodie incolit, collocandi summo studio flagrantibus nullisque molestiis a consilio cœpto, templum atque domicilium parocho inserviendum exstruendi, deterrendis in hac re multum conflictandum fuerit, ita ut alii, Deo, sine quo nihil humanarum rerum agitur, minus confidentes, adversum incepti sui exitum pertimuissent, tamen non modo non desperarunt, posse unquam, quod divina adgressi essent ope, ad nihil recidere, sed complures eorum præclarum etiam consilium, incrementum inchoati operis tum quoque, si vitam jam finivissent operamque suam ecclesiæ ulterius commodare non possent, promovendi cœperunt.

Tali consilio debet ecclesia nostra prima fundamenta eius sortis, unde pecuniæ ad per-

solvendum parochi salarium repetuntur, quæ honestus atque integer vir, Nicolaus Kittsyani, Nonis Februarii anni MDCCCIII. rebus humanis exemtus liberisque orbatus, summam septingentorum florenorum Rhenensium melioris notæ testamento relinquens jecit. Recolant, qui nascentur remotissimis temporibus memoriam de sua salute quoque optime merentis gratissimo animo.

§. 19.

Eodem anno, quo ecclesia meritissimum de se virum graviter lugebat, excelsum regium gubernium VII ante Idus Mai. edicto jubet, ut ecclesia, quum locus is, quem exoptasset, in territorio castri situs esset, alium institutis suis locum aptum, qui non territorio munimentis inservienti adscriberetur, caperent. Percepto hocce edicto primores X. Cal. Jul. eiusdem anni rursus ad senatum se convertunt et rogant, ut alius sibi assignetur locus, proposito suo jampridem noto conveniens. „Cum nec ecclesia, nec senatus ullum sciat locum, qui votis supplicantium satisfaceret, rem Sacratissimæ Maiestati propositam esse," respondet senatus.

§. 20.

Præterlabitur annus MDCCCIV. nullis rebus, quæ historiæ huic mimoratu dignæ apparerent insignis. Verum enim vero sequenti anno ecclesia altius radices agere, valentior fieri et, domus atque possessiones, in foro sitas, sibi coëmendo, certam sedem ac domicilium quasi collocare. Nec est, quod miremur, tradidisse

ecclesiam, nunc modo inopem, parocho, intra annum et dimidium inchoatum et exædificatum, domicilium commodum atque honestum ad inhabitandum sumtibusque non exiguis sane substitisse, si legerimus, quanto ardore unusquisque, huic cœtui adscriptus, pro facultate, numulum suum adtulerit, quantaque munificentia, exceptis multis aliis vitæ hominum amice viventibus, generosissima præsertim et inclyta natio Saxonica ecclesiam, et naturæ vinculis et fidei confessione sibi coniunctam, sublevaverit. Stips enim jam anno MDCCLXXXXIX. opera proborum et commune bonum promovendi studio elatorum virorum: Joannis Mætz, Andreæ Megay, Collmanni Tantzer, Stephani Schun et Georgii Spielmann ad ædificandum parochi domicilium partim congesta, partim vero in diversis Aug. Conf. Add. ecclesiis auctoritate maxime colendi consistorii supremi collecta, detractis omnibus, dum conquisitio fieret, factis impensis, summam sexcentorum et octoginta sex florenorum Rhenensium numorum argenteorum efficiebat, quæ tam strenua administratione quam donis ad supra memoratum usque annum MDCCCV. septingentis et decem et quatuor florenis eiusdem metalli aucta fuerat.

§. 21.

Extremo anno MDCCCVII. graviter mœret ecclesia discessum reverendi viri, Andreæ Thalmann, qui, quum jam per decem annos munera ministri sacrorum et scholæ doctoris omni studio ac fide curasset multisque ærumnis pugnasset, pridie Cal. Novembr. Bervem abie-

rat ibidemque antistitis vicem susæperat. Ex omnibus, qui, vacuam provinciam capessendi causa, primoribus de novo sibi eligendo sacerdote cogitantibus hinc atque illinc se offerunt, humanissimus vir, Martinus Műller, cantor ecclesiæ Sabesiensis, XV. Cal. Nov. probante consistorio Sabesiensi domestico, pastor eligitur, Cal. Decembr. publicus Evangelii in ecclesiis Christianis Aug. Conf. Add. tradendi doctor ordinatur, renunciatur, confirmatur et XII. Cal. Janurias munia sacrorum antistitis et scholæ magistri suscipit.

Commoda e munere delato in novum parochum redundantia erant:

1; ducenti floren. Hungaric;
2; usus fructusque vineæ in favorem omnium sequentium Aug. Conf. Add. A. Carolinensium pastorum a Michaële Klőss, ut supra §. 14. memoratum est, testamento relictæ.
3; dimidia pars lignorum in orgyiæ modum exstructorum a quovis discipulo advehenda.
4; decimalis quarta vini e vineis, quæ singulis ecclesiæ civibus et propriæ et non tributariæ essent:
5; stolæ jura;
6; munus voluntarium, quod præcipuis Christianorum diebus festis abiis, qui his diebus sacris inter essent, in aram ponebatur.

§. 22.

Nomina eorum, qui novum in sacris ora-

torem audiebant, hæc ferme sunt: Joannes Walther, publici cursus magister, et Michæl Græf, medicinæ doctor et physicus cameralis; horum præclarorum sane virorum nomina historia hæc, narrando, quæ adhuc restant, ut narrentur, crebro usurpabit. — Andreas Megay, Joannes Schæffer, Joannes Mætz, Collmannus Tantzerer, Joannes Descher, viri spectatæ integritatis et virtutis. — Georgius Weber, Petrus Kamprad, Andreas Hermann, Stephanus Schun, Josephus Beer, Georgius Spielmann, Georgius Zoltner, Fridericus Rothe, Fridericus Hæseler, Andreas Ikrich, Mathias Megay, Carolus Alberti, Paulus Kőhler, Joannes Weidenbächer, Joannes Georgius Nikletzi, Joannes Kutscher, Mathias Roth, Joannes Müller, Josephus Schönauer, Georgius Prunk, Joannes Schmidt, Carolus Wenzel, Joannes Sigmund, Christianus Schulz, Samuel Wester, Andreas Lőw, Petrus Reinhard, Michael Dengel et Carolus Jacobi: — nomina hæc ea ex causa laude digna mihi videbantur quia ii, quos decorabant, testibus calculis trimestribus, necessariam ad tolerandos sumtus ecclesiasticos atque in quemcunque æquabiliter dispertitam pecuniam tertio quoque mense et sine ulla recusatione persolverint.

In renuntiandis nominibus eorum, qui tum temporis commune ecclesiæ nostræ bonum laudabili promovebant studio, nomina viduarum Műlleri, Schmidtii, Geberi, Dörneri, Bőhmi et Betzkai silentio præterire, ingratum indicaret animum.

§. 23.

Novo cum parocho nova dignitas quoque creatur in ecclesia. Anno enim MDCCCVIII. Joannes Walther et Michael Græf, viri maxime colendi, in concione solemni curatores ecclesiæ dicuntur. Administratio tamen ærarii ecclesiastici Joanni Mætz, viro multum honesto et religioso, qui huedum eidem profuerat, in posterum quoque committitur.

Mors Joannis Dæscher, qui VI. Nonas Decembr. eiusdem anni supremum obiit diem, novum præbet ecclesiæ ad lugendum occasionem.

§. 24.

Non minore, imo gravi affligit ecclesiam dolore annus MDCCCXII. atque cicatricem ægre obductam refricat. Consequitur enim Nonis Februarii mortalitas Collmannum Tantzer, qui cœtui, cuius firmum potuit dici præsidium, eundem, dum viveret, aut consilio aut re juvans, post mortem suam non minorem adtulit utilitatem eo, quod reliquerit filiam, quæ multum dabat spei, futuram se aliquando lectissimam conjugem et prope singularem matrem familias atque his virtutibus dignitati commodisque ecclesiæ magnopere servituram. Nihil enim, ex mea sententia, ad conservandam atque augendam salutem cuiusvis, præsertim vero eius societatis, cuius memoratu dignas res brevibus hisce verbis expono, aptius potest reperiri, quam vera, e mutua virtutis personæ alterius sexus notitia oriunda, matrimonia, quæ, ut neminem fugiet, fontes sunt tam domesticæ felicitatis

quam publicæ. Quo circa omnes parentes maxime colendos esse censeo, qui natos utriusque sexus in pietate vitæ ut sanctus vult apostolus Paulus, educant. Solis enim instar, qui cuncta collustrat luce suaet complet, timor Dei hic omnium virtutum fons est.

Colendus et memoriæ prodendus est igitur et Collmannus Tantzer noster, qui filiam admonitioni illi obtemperans, diligenter educavit, ita ut hæc spem illam lætabilem non modo non fefellerit, sed mirifice impleverit.

§. 25.

Sequitur jam series fere quinque annorum rebus memorabilibus penitus carens. Sed quo diutius historia silet, eo plura memoratu digna cumulari solent et venturum tempus plerumque est insignius. Docet idem ecclesiæ nostræ quoque historia, quæ, præterlapsis illius fatorum factorumque maioris momenti egenis annis, jam inde ab extremo anno MDCCCXVI. modo secundas, modo adversas, vel etiam et secundas et adversas uno eodemque temporis vestigio refert.

§. 26.

Vocat exitus anni MDCCCXVI. ecclesiam partim in magnos luctus, partim in spem maioris firmitatis rerum sacrarum suarum. Luctus causa erat obitus Joannis Mætz, qui procurationi bonorum ecclesiasticorum summa religione, ut inter omnes constat, multos per annos præfuerat, et Joannis Walther, cuius opera, quum

et munere curatoris functus, et in senatorum ordinem receptus esset, ecclesia multis in rebus prosperrimo eventu usa est. Horum de salute communitatis, cui, dum vita fruerentur, adnumerabantur, profecto meritissimorum virorum alter III. Cal. Novembr., hic XVIII. Cal. Decembr. vitam naturæ concessit.

Ut vero spectatissimi hi viri magni fuerant luctus auctores, sic spei nequaquam inani locum dederunt: prior eo, quod filium unicum, Joannem, maxima, quantum fieri potuit, diligentia educaverit, ut, mortuo se, in locum suum posset aliquando succedere rebusque ecclesiæ bene consulere, quem, quamquam non provectioris ætatis sit, probitatis prope singularis suæ causa, ut pater ex intimo animo optaverat, hodieque numero primorum adscriptum habemus; posterior legando sortem mille et ducentorum florenorum Rhenensium melioris notæ, unde pecuniæ ad persolvenda parochi et ludi magistri salaria annua depromantur, auctor maioris firmitatis rerum sacrarum nostrarum exstitit.

Sit bonis terra levis, maneatque in æternum memoria bene meritorum!

§. 27.

Nemo sane, qui hactenus dicta legit, desperaret, fore, ut ecclesia nostra, quam non raro magnas difficultates eluctari vidimus, pro juvenilibus annis satis profecto firmata, ad virilem ætatem, imo ad summam quoque perveniat senectutem, ni verendum esset, ne, præter illam neque hominum ingeniis excogitatam neque

scitu populorum promulgatam, sed a Deo generi humano datam, et ad recte faciendum impellentem et a delicto avocantem doctrinaque christiana mirifice excitatam et fultam legem, quam conscientiam dicimus, nullis aliis, vulgo civilibus nuncupatis et ad salutem et incolumitatem cuiusvis communis retinendam conditis, legibus munita, aut ab intestinis, aut ab externis perdatur malis.

§. 28.

Fuisse hoc ipsum causam constitutionis legibus adstrictæ prudentisque, qua Michael Græf, medicinæ doctor peritissimus, physicus cameralis honoratissimus virque de salute ecclesiæ optime sentiens, demortuis Joanne Mætz et Joanne Walther, ineunte anno MDCCCXVII. curatoris munus, quo jam per annos octo cum Joanne Walther perfunctus erat, orante et rogante ecclesia, quæ omnem bonorum communium suorum curam, atque administrationem ad eum deferebat, solus suscipiens, deque periculis illis, coniunctioni, nullis certis legibus confirmatæ, dissolutionem brevi futuram minitantibus, repellendis cogitans, eandem, fervore, industria et pietate paucorum conditam, ne, si forte, circum volventibus annis, excellentissimæ hac virtutes langvescerent, ad nihilum recidat opus sane operosum, de integro condere paravit, me autumantem nemo reprehendet. Hæc constitutio, quam conscriptor eiusdem, auctoritatem legum suarum aucturus, ab amplissimo consistorio Cibiniensi domestico, cuius patrocinio gravi utitur ecclesia, sanciri curavit

et sancitam singulum quemque in cœtum cooptatorum nomine subscripto confirmare signoque obsignare impulit, jam a Cal. Jul. memorati anni MDCCCXVII. viget.

Quam merifice meritus sit de ecclesia legum harum tempori servientiam conditor maxime venerandus legendo easdem magis magisque persuasum tibi habebis. Quamobrem non credo, fore quemquam, qui, fuisse me longiorem, quam res postulasset, dicat, si easdem ad verbum hic proposuero; idque multo minus vereor, cum multa eorum, quæ narranda adhuc sunt, perlectis tantum iisdem prorsus intelligi possint.

---

§. 29.

Constitution

oder

Grundverfassung der Evangelis. Eccles. in Carlsburg.

Im Namen der heiligen Dreieinigkeit: Amen!

Einleitung:

Wir Endesunterfertigte Bürger und Einwohner von Karlsburg, Augsburgischer Confession: gedrängt von dem Bedürfniß bürgerlicher — noch mehr aber überwältigt von dem Gefühle der Nothwendigkeit sittlicher und geistlicher Vortheile, vereinigen uns durch gegenwärtige Acte zu einem vesten und dauerhaften Körper, und bilden durch diesen Bund die Evangelische Ecclesie in Carlsburg.

Der Zweck dieser Verbindung ist.

1. Der Genuß derjenigen bürgerlichen Gerechtsamen, welche nach den Landes=Gesetzen den Mitgliedern recipirter Religionen zukommen.

2. Öffentlicher und Privat=Gottes-Dienst und Religions Lehre nach den Grundsätzen der Augsburgischen Confession. Sitten=Lehre, Pflichten=Lehre, Kinder=Unterricht.

Die Mittel dazu.

Da wir von Seiten des Staats keine Einrichtung zu diesem Zweck vorfinden, so müssen wir die Mittel dazu aus uns selbst holen, nehmlich: aus unserm Eigenthum so viel beitragen, als zur Bestreitung der nothwendigen Bedürfnisse der Ecclesie und als zur Erhaltung und Wachsthum des itzt noch schwachen Grundes, den einige unserer theils noch lebenden, theils bereits im Herrn seelig entschlafenen Mitbrüder, gesegneten Andenkens! zu legen angefangen haben, nothwendigerweise erforderlich ist.

§. I.

Grundverfassung.

1. Derjenige Evangelische Christ in Karlsburg, der diesem Bunde beitritt, und durch seinen Beitritt sich verpflichtet: so lange er lebt und in Karlsburg wohnt, und der Augsburgischen Confession zugethan bleibt — diejenigen Beiträge ordentlich zu entrichten, die zur Bestreitung der Bedürfnisse der Ecclesie, zur Besoldung des Pfarrers und Schul=Lehrers nothwendig sind, — der sich anheischig macht, was in seinen Kräften stehen werde: zur Erhaltung, Zunahme und Wachsthum, und zur täglichen Verbesserung des Wohls und Wohlstandes der Ecclesie beizutra=

gen. — Der endlich gelobet: durch brüderliche Liebe, Eintracht, Sanftmuth und Wohlwollen die Harmonie des ganzen Bundes zu befördern — ein solcher ist und heißt Mitglied der evangelischen Ecclesie.

2. Wer sich zu keinen Beiträgen verpflichten will, ist und heißt ein Fremder.

3. In Hinsicht auf bürgerliche Vortheile haben die Mitglieder Anspruch auf Stellen in der Communität der Stadt und in dem Magistrat derselben, wenn sie die erforderlichen Fähigkeiten dazu besitzen.

4. In Hinsicht auf religiöse und sittliche Vortheile haben die Mitglieder Anspruch:
   a; auf öffentlichen Gottesdienst
   b; auf Privat-Gottesdienst und alle religiöse und kirchliche Handlungen des Pfarrers nach der vestgesetzten Stola;
   c; auf die Schule nach Inhalt des 3. §.
   d; auf wechselseitige Unterstützung in Noth und Verlegenheit, mit Rath und That;
   e; sie bezahlen keine Grab-Taxa.

5. Die Fremden können Theil nehmen am öffentlichen Gottesdienst. Aber in Beziehung auf Privat-Gottesdienst und andere kirchliche Handlungen, hat der Pfarrer und Lehrer keine Verpflichtung gegen sie. Pfarrer und Lehrer, da sie von der Gemeinde erhalten werden, sind für die Fremden gleichsam nicht da; und wenn Fremde deren benöthigen, so müssen sie sich mit ihnen abfinden.

Hievon sind jedoch ausgenommen: die Soldaten vom Feldwäbel abwärts, und die Gesellen u. Dienstleute Nicht-Evangelischer Herrn, welche, wenn sie arm sind, auf unentgeltliche Dienste rechnen können.

6. Die Fremden bezahlen bei Begräbnißen eine Grab-Taxe von 2—4—6 Gulden Current-Geld nach Maaßgabe ihres Vermögens. Da diese Taxe nur zur Erhaltung der Einplankung des Friedhofes gehört, so kommt sie nur der Baukasse zu Guten.

7. In Hinsicht auf Leistungen und Beiträge werden die Mitglieder in 3 Klassen eingetheilt.

Die Mitglieder der ersten Klasse bezahlen vier Theile.

Die Mitglieder der zweiten Klasse bezahlen drei Theile.

Die Mitglieder der dritten Klasse bezahlen zwei Theile.

